

Aduertencias para

tia quo ad Parochialem Ecclesiam, nullius sit
roboris. Super hanc regulam dicit iste Doc-
tor famosus, quod ista regula habet funda-
mentum tam in iure humano, quam divino,
& naturali, secundū quæ Curatus tenet suis
prædicare, & Sacra menta administrare. Vide
Extrārag. Ioan. 22. de Concessione præben-
quæ incipit. Sedes Apostolica. Et addit idem
Doctor, dictam regulā habere locum etiam
in Ecclesia cōmēdata, & quod liget etiam ex-
tra curiam, quia ratio huius regulæ respicit
utilitatē Animarū, quę ubiq; terrarum milī-
tat. Pro quo vide Felī. c. 2. de rescriptis. Hęc
Ludouicus. q. 6. Circa quæ dicit Pater M. à
Veracruce. Aduertant Provinciales, ut igna-
rum lingue non constituant Prelatum: alias
elicens & electus si non recusat, tutus nō est.
De hac materia vide veritatem sequentem, &
Conc. Trident. Sess. 24. cap. 7.

26 ¶ Tertia veritas. Tenetur etiam Curatus ex
officio suo, prædicare suis Parochianis, ver-
bumq; salutis proponere. Ita docent Iuristę
Clem. Dudum. de Sepul. & glo. Cle. 1. de
Regularibus. verbo. Officia. Panor. c. Ex-
communicatus. §. Quia vero. num. 12. de hę
reticis S. Thom. in. 4. dist. 19. Colib. 12. &